



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 17. In tribus patefecit Dominus suam omnipotentiam, postquam militibus vires ad surgendum tribuisset: in cæcitate, qua illum licet sibi præsentem, non agnoscunt: in confessione qua Saluatorem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

Dei cognoscas potentiam, & timore concu-  
 tiaris, Saniora non capis consilia, atque idcirco  
 condemnatus interit.

*Ser. in*  
*Comer.*  
*D. Pauli.*  
 X.  
 Chuerfio  
 D. Pauli  
 opponi-  
 tur con-  
 uaciaz  
 Iuda

Omnia notauit opposita D. Chrylos. in D.  
 Paulo, qui eodem medio eodemque ferro  
 cecidit fuit & emendatus. Lapsus est in ter-  
 ram Paulus lapsus & Iudas, lapsus Paulus  
 retrosum, & Iudas lapsus est retrosum: in  
 terra Paulus, & in terra Iudas, obsecatur  
 Paulus, obsecatur & Iudas, spirans minarum  
 & cædis Paulus, spirans minarum & cædis  
 Iudas: talia Paulo dantur signa, quando dili-  
 genter adlaborat ut capiantur discipuli Domi-  
 ni, & Iudas eadem dantur interim dum laborat  
 ut Christus captiatur: utrobique interuenit  
 captus, utrobique persequitur, utrobique lap-  
 sus: simile est medium & signum potentie  
 Christi demonstratum, simile adhibetur  
 remedia: sed non eadem sanitas, non eadem  
 est secuta conuersio, Quia Paulus illico in se  
 reuertitur, alitiusque inelamat. *Quid me uis*  
*fallere?* & Iudas omnesque milites, insensati  
 & lapidibus duriores, denno cæci & commoti  
 à terra assurgunt iterumque respondent se  
 Iesum querere Nazarenum, O sacriligos per-  
 uerfosque proditores, inquit n. Syrell. etenim  
 illo lapso signant populi hebraici à fide Apo-  
 stoli, sed signo pietatis, tam quia illam ex-  
 hibuit ut videtur, an Iudas facti peniteret,  
 tantam eius intus potentiam, quam ne  
 ceteri Apostoli scandalum paterentur, dum  
 eum vident vinculis constringi. quandoqui-  
 dem etiam viderent quod propria ductus vo-  
 luntate se capi pateretur.

XI.  
 Variæ  
 huius  
 casus  
 adducun-  
 tur figure  
*Iosue. 6.*  
*1. Reg. 5.*  
*2. Reg. 6.*  
 Pf. 28. 5.  
 Pf. 67. 34.

Ceciderunt in terram ad verbum Ego sum,  
 illi qui nos sunt, ceciderunt. Et putas laudabat  
 ut figuratum figuris conueniret. Impletam  
 hic cernimus historiam de muris Iericho, in  
 qua præfens figuratur a. Nus: quandoquidem  
 illi ad buncine clangorem in terram eueris  
 corruerunt. Et illam similiter ad. Dagob,  
 qui coram area in terram corruit. Nec non  
 illam Oze qui fœderis arcam tangere præ-  
 sumpt, se d. morte perijt inopinata: demum  
 illud Psalmistæ vaticinium. *Vox Domini en-*  
*fringentis cedros,* & *confringet Dominus cedros*  
*Libani:* cum ad vnicam Conisti vocem velo  
 motua tanta corruat ministrorum militum-  
 que multitudo. Adde & hoc quod idem alio  
 loco dixit: *Dedit voci sue vocem virtutum:* quan-  
 doquidem diuine suæ vocis virtus tantum in

cordibus eorum timorem excitarunt. Tandem  
 adungamus & illud ex eodem: *Canentes*  
*retrosum,* & *confundatur cogitantes post se:*  
 quandoquidem te ipse conspicimus quod illi  
 tam pernici si pleni cogitationibus, quales sunt  
 quibus capere nituntur Christum, conuertuntur  
 retrosum, & confunduntur: & tandem  
 conuenit ut in terram concidant, & illius  
 caelestia persequantur.

§. 17. In tribus patefecit Dominus suam  
 omnipotentiam, postquam militum  
 ad resurgendum tribuisset: in casibus, quibus  
 illum licet sibi presentem, non a quibus  
 in confessione qua Salua. orem. Iudas se-  
 reuerent, rochantes eum Iesum: atque in eo  
 quod ipsi obediant, liberos permissit  
 abire discipulos, sicut illi præcepit.

Edidit illis Dominus robur viscerum  
 resurgendum: surrexerunt, quos ipse do-  
 mum interrogat. *Quam queritis?* Quibus  
 respondentibus ut prius, ait illis: *Dicit vobis*  
*quia ego sum: si ergo me queritis, hinc hinc*  
 Expandamus eam Origene quod licet magister  
 Chreisti clarissime se manifestauerit in  
 omnibus suis operibus, tamen principaliter  
 modo iudicio patuit eo tempore, quo adueniens  
 tanto studuerunt eam obsecrare diligenter.  
 Ideo dicebat: *Ego si exaltatus fueris, omnia*  
*trahens ad me ipsum.* Quando namque  
 mei obnubilare conabuntur in cruce, me  
 illa suspentes, mei nominis gloriam, me  
 parentis meam propalabo potentiam ad me  
 cuncta pertrahendo. *Cum exaltatus fueris*  
*hominis, tunc cognoscetur,* & Quando Reges  
 illum promouere conati sunt, sequi in detri-  
 tum, & quando necem illi inferre meditati  
 sunt, ingreſsus est Ierusalem pompa triumphan-  
 tis: quando Reges accurruerunt illum adorari,  
 inuenitur ab illis in humili rugitio, pueri  
 inuolutus vilioribus: quando conuersos  
 apparatus illum apprehensum, representat  
 illum tanta facientem prodigia ratione  
 doctrinam prædicantem, ut ea capti ad De-  
 minos suos reuertantur protellati: *Nuptias*  
*hic locutus est homo.* Quando lib. reit. parat  
 petit aquæ à Samaritana, & quando clau-  
 horet conuuls fontem propinat Ieruzalem

In Ioan. c. 8.

...tandis Inter mendicos & parietes con-  
...tuitas illis benedicebat, at diuites & poten-  
...teret accepit a rigorose & asperè, vt illos &  
...acris reprehenderet, & eis minaretur terri-  
...biliter: quid me tenentis hypocrisis? In domos  
...parietum libere ingrediebatur: Intravit in  
...domos sinensis, ad domum autem Reguli, nec  
...tunc quidem appropinquare. Itaque semper  
...sunt ostendebat potentiam, porro vbi fiebat  
...oblitaculum, nianum mutabat, & eadem vi  
...se reddebat terribilem.  
...Valemos hoc in flumine limpidò & rapido  
...quod fluunt & quietè delabatur in mare:  
...verumamen si manus illi fortior opponatur,  
...propugnaculis decolus illius suspensatur,  
...traconatur vt tollere impedimentum, & pau-  
...latim in incrudefcit, vt spoms eiciat quasi  
...colatè, tanuimque incescit, vt omnia di-  
...rumpat, petras delictat, campos demergat,  
...arbores eradicet, domus euerat, adificia  
...diruat, sique dum in mare ddabatur. Talis est  
...Christi potentia, quo tempore nullà molesta-  
...rentur populum visitat Iudaeum, & quis  
...expomat qua similitate illos demulcebat?  
...Saltem impetiebat languentibus, leprofos  
...munda bat, cecos illuminabat, manns pedes  
...que manns claudique mibebat, mortuos  
...suscitabat: verum dum illi euanant obicere  
...repugantem, concludere & comprehendere  
...ligantem, lateris & armis: ecce qualiter  
...in finibus impetu vehemementior suam incipit  
...magno illorum incommendo monstrare po-  
...terant, quos omnes ad solum suu vocis  
...imperium in terram prosterant erasimes.  
...Ego sum: eumque in praelitico sibi delictio  
...contumaces pericerearet, & ipse in potentia  
...sua perferat demonstratione: vt demonstrat  
...quomodo illos interrogans: Quem queritis? Se-  
...cundo: in response ab ipis data: Ego sum  
...Nazarenus Tertio in mandato illis prescrip-  
...sit: Ut me queritis, sinitè hos abire. Primum: declarat  
...suum ignorantiam, non enim illum agnos-  
...cebant. Secundo: virtus patet: Saluatoris, quan-  
...doque etiam ipsi inimici hoc eum nomine  
...compellunt: Ego sum, id est Saluatorem. Tertio  
...monstrat eius potestas, cum sibi faciat obe-  
...dire milites etiam armatos. Tria ita que dant  
...potentiam Christi testimonium: obedientia,  
...confessio, & ignorantia militum. Ab hac ordia-  
...mura ignorantia discursus: hac etenim nobis  
...exponeat insignem Christi magnitudinem.  
...Hieron. In Epist. de la Nazara, Tom. IV.

Quem queritis? Non querit hoc Christus,  
...quam ignorans quem quærent, inquit Theo-  
...phi lachus, sed vt tanto elarius pateat eorum  
...cæcitas non enim iam primò ab illis Christus  
...hoc percundatur: iam primùm illos interro-  
...gauerat, & præfiebatur: etenim Etangelilla  
...testatur: Sciens Iesus omnia que vntura erant  
...super se. Et quamuis non sciuisset, iam tunc illi  
...responderant: Ego sum Nazarenus, & ita certum  
...erat quòd probè calleret quem inuestigarent.  
...Interrogat igitur vt ex eorum response liqui-  
...dò constaret, quòd illos miraculosa quadam  
...percussisset cæcitate. Et quòd non solum prima  
...vice dum loquitur eum illis, ipsam nequaquam  
...agnouissent, se l. nec tunc quidem dum se  
...ostendit eis, & aperuit quis esset: Ego sum.  
...illum agnouerunt, tamen sibi loquentem, O  
...militum cæcietatem! O Christi miraculum!  
...Si ipse sit qui loquitur vobiscum, & declarat  
...quod ipse sit, quomodo illum non vi letis? Et  
...si vilitatis, quis vos impedit quo minus illum  
...agnoscatis? Ille ipse sine dubio vestros caligine,  
...conspexit oculos. Notandum cum D. Cyrilli  
...quod multa ex illis que narrat hic D. Ioannes  
...sunt circumstantia ad confirmationem, &  
...amplificationem miraculi cæcietatis militum,  
...atque ad hoc res ad loci principales. Prima:  
...venerunt cum lateris & facibus. Secunda: quòd  
...illos Christus alloquitur. Quem queritis?  
...Tertia: quòd Iudas erat cum illis, que omnes,  
...quantumvis aliquis peruersus sit, illi huius  
...miraculi patefacient amplitudinem. Quid  
...poterant illi dicere? Quod cum non esset illi  
...non videant, veniant igitur facibus instructi  
...& lateris, vt illis hæc non profic exculat. O  
...An illos aliorum similitudo Apollolorum,  
...ne illum cognoscerent, impedièbat? Illis ergo  
...loquamur, & dicat: Ego sum An illum non  
...cognoscentes, credant se delusos? Comiretur  
...eos igitur Iudas, nam erat cum illis. Per hoc  
...poterat & visu & auditu confirmari. Et quis  
...poterat eos certius instruere, quam vnus ex-  
...peritissimus Apollolus, qui tanto tempore  
...viderat illum & agnouerat? Et quod signum  
...poterat dari certius quam osculum? Credant  
...ipsi quia faces lucebant; illum fenerunt, quia  
...dixit illis Ego sum. Adstabat ibi discipulus  
...adeo expertus qualis erat Iudas, qui erat ejus  
...Apostolus. Erat cum eis: ibi signum mani-  
...festum: Osculatus est eum. Has omnes circum-  
...stantias alio loco declarauimus, illis tamen  
...kkk

V.  
Hoc  
Christi  
miracu-  
lum po-  
terat  
declara-  
tur.  
In Ioan.  
33.



VI. Cur hic de Iuda rodes fiat memtio.

obstantibus quod illum non agnoscat, an miraculum dari potest illo praesentius? An Christi potestas & magnitudo clarescere evidenti? Indubiè magni mysterij est ab Evangelista hic dici: Stabat autem Iudas cum eis & certò ut ego illius scirem occasionem: si namque iam dixerat: sciebat Iudas latronem: si iam praemiserat: Iudas cum accepisset cohortem venit illuc. Si iam iterato repetijt Iudam ibi aditare, iam certò nouimus praesentem adfuisse. Ut quid ergo iam addit hanc parenthesim? gauerat: Quem quaeritis, & illi responderant: Iesum Nazarenum: stabat autem & Iudas cum eis, qui tradebat eum? iam nouimus quod cum eis esset: iam & hoc noui inquit D. Ioannes te hoc non latere, sed repetit, quia uolo per hoc crescere miraculum obsecrationis Iudaeorum. & magnitudinis Christi, nempe quod inter tantum, qui cum illo loquebantur, nullus eum agnosceret, nec ipse Iudas licet expertus, qui tamen paulo ante eum agnoscerat, dum illum hinc uerbis salutat. *Aue Rabbi, & osculatus est eum.* Disce cum D. Chrysol. quod excecavit Iudam quia stabat & Iudas cum eis. Heu Iudam infelicissimum! abas non cum eo, sed cum eis.

D. Chrysol. Ho 82. in Io n 14.

non cum Christo, sed cum Christi inimicis, cum impijs impijs, cum hominibus homicida, quem in magistri sui conspectu nec mouet reuerentia, nec emollit pietas, nec pudor confundit metuque perturbat. Qui amabant, stabant cum eo: sed qui tradebat, stabat cum eis. Cecidit enim in terram cum ipso, petiit & non cognoscebat, loquitur cum Christo, & audit responsum: Ego sum, nec illum agnoscebat, sed denuo cum eis quaerit Iesum Nazarenum. Stupet miraculum. Tria hic mira miracula occurrunt.

VII. Tria sunt hic miracula.

Primum, in incarnatione, quo Deus in se inuisibilis factus est uisibilis secundum, in ascensione quando recessit ab oculis nostris, uel in SS. Sacramento in quo, qui iam erat uisibilis, se reddidit inuisibilem. Et tertium in hac Iudaeorum militumque obsecratione, ubi secundum quod, se uisibilem, & secundum quod, se praebuit inuisibilem. Tres exsecrationes nobis profert S. Pagina principales. Prima est Sodomitarum: Secunda, syroium exercitus.

VIII. Tres narrantur exsecrationes.

Tertia Sauti postmodum Pauli. In Genesi uariatur historia: cum enim celsus Angelus ad domum intrasset Lot, ingressi sunt, & uix pedem intulerant, cum ecce subito tota con-

fuit urbs Sodomorum: & uallauerunt domus à puere usque ad senem, omnes populus domus fores obfederunt & intus in domo supra modum luxuria, provocata et Angeli ruin corporum elegantia qui sub signa nocturnum formam praesentabantur absterant, hoc sibi ita esse Sodomite peritissimas, lacerant suae toto conamine, tentantur exterronem, rossiunt foras Lot hanc illa delatursus, quia flagrabat impudicitiam, & in domus oitum obsecrant ne forte facta uis illas occuparent: Egressus ad eos Lot post tempus concludit ostium. Non tamen idcirco motus uis portae intulerunt, & iam prope effugissent nisi manus uisus ex illis Angeli potestate intraxisset, atque intra domus penetrare cecepisset, obstrudat intus foras intus: illi autem qui foris remanentur tanta caligine suffuderunt, ut quidquid conarentur, in oculum tamen potuerint portam intueri. *Classis ostium est: et qui foris erant, permissum erat in intus usque ad maximum, ita ut ostium intus non possent.* Cum exercitus Regis Syrorum urbem intulisset Dothan, quo capere Iesum qui in ea dem morabatur, rogat Propetiam Deum, ut ab eis non cognosceretur, quous contigit, & egressus de ciuitate ad illos, cum tamen illum miles uisidisset, interrogat quem quaerent, & respondens, *Esclauus ait illis: non est hic, sed uenite mecum et intus uos ed ducam ubi illum inueniatis, & perueniens duxit illos in Samaritam, sic ut inuenire illum poterint agnoscere.* Historia de Saul nota est infantibus Apparet illi Christus Iesum circum susus, & equitem in terram profecturum, & caecitate percussit donec sub pedibus Ananias reciderint squamae ob oculis eius. Littera accepit commissionis, quod Christi alleluia in uincula coniceret, nec iurum proligaret, & iam spiritum crucians & uerbera, in caelestis circumdat corruit & obsecratur. Quamuis haec miracula conformiter uidentur, in quantum omnes obsecrationes, duntaxat tamen eu hic motus considerandus. Elegit hanc doctrinam prosequitur D. Aug. dicitur adterens species exsecrationis. Prima dicitur Aorasia, altera Amenitia, de quibus sicut in Abul. Proportionaliter tribus modis exsecratur Dominus homines uel autem in eis uel in eo modo ut nihil uideant & hoc illi cognoscant, uel illos excecando respectu uel in

non rei, sicut alia videntur, non tamen illam  
 habent presentem: vel vultum non  
 sustinendo, sed permittendo ut omnia videant  
 presentia, sed eo modo ut quaedam eorum quae  
 videbantur, modo non cog-  
 noscebant. Primo modo excavit D. Paulum  
 in nihil videret, ita ut necesse fuerit, ut eum ad  
 manus traheret. Secundo modo Sodomitas  
 excavit, ut se mutuo quidem viderent, sed  
 non portam, licet sibi presentem. Et tertio  
 modo caecitate percussit milites Syriae, ut  
 omnia quidem viderent, & etiam Eliseum,  
 cui loquebantur, & quem ante cognoverant,  
 etiam milites illum viderant, & cognoscebant  
 samariam, & iter eo tendens, illum tamen  
 non videbant non cognoscerent quod ipse  
 esset Eliseus, nec illa vrbis Samaria, nec illud  
 iter eo ducens: Eliseus figuram praefert Christi:  
 nam sicut illa caecitas militibus accidit ad  
 praesens Elisei, ita haec quavis non ad praesens &  
 millitiam: in hoc etiam Christus prophetas  
 antececit: nec necessitate fuerunt illi praesens,  
 cum ageret illud per seipsum. Ibi etiam mili-  
 tes & hic dicitur: ibi captivi pergunt, & hic  
 panem, ibi videbant omnia alia, hic eodem  
 modo ibi Eliseum, hic Christum: ibi loque-  
 bantur Eliseo, hic Christo: ibi Deus illos ita  
 obtacuit, ut ab Eliseo quarent de Eliseo, hic  
 similitudo tali forma ut a Christo quarent  
 de Christo: ibi non cognoscebant donec Eliseus  
 pro illis intercederet, ut Deus caecitatem tollat,  
 hic donec Christus det illis potentiam ut eum  
 cognoscerent, non illum agnoscerent.  
 Tertio usus est Dominus hoc modo vin-  
 cendi per caecitatem. Primo, quando illum de  
 monte conati sunt petrii petrare, taliter Iudaeos  
 excavit, ut per montem illum iret. Secundo,  
 quando illum lapidare studuerunt: etenim  
 abstrahit se, &c. Tertio hodie, quando illum  
 vocatulis voluit innovare: nam hac sola voce  
 Iesus obtacuit illum in unum cognoverunt.  
 De duabus speciebus caecitacionis, inquit D.  
 Augustinus quod illo modo contigerunt, ut  
 decernerent, ne viderent illud, quod videre desi-  
 derabant, vel si hoc videbant, effecit ut licet  
 viderent, non tamen agnoscerent. Arbitror  
 ego primam caecitacionem fuisse illam quam  
 colat D. Iohannes dicens quod presentem  
 illum non viderunt: Abscondit se. Non abscondit  
 se, sic D. Augustinus in angulo, vel post columbas,  
 sed Divina potestate se invisibilem insidiantibus

constituens, secundam quam D. Lucas narrat.  
 Fieri potuit, quod Christus se constituerit  
 invisibilem, ut ego mihi persuadeo vel non  
 cognoscibilem: porro caecitatem hanc hodie-  
 nam magis admittit, quod eum videant milites  
 & Iudas, illi loquantur, nec tamen eum agnos-  
 cant: vident enim illud impleri: *Qui vident,  
 &c. non sunt.* Modo conlat Christum illum  
 esse solem ad quem si quis ut par est recurrerit,  
 lucem salem accipit, quia possit illum videre  
 coqui perfui: porro temeritate accedentes  
 audacia sic ut radijs eius se statuunt aduer-  
 sarios, caecorant & tenebris involvit O quot  
 caecos sol hic illuminavit, & quot videntes  
 excavit: haec illis optime congruebant:  
 quandoquidem luce lucem oppugnare solem-  
 que evertere studuerunt: quocirca miserè  
 obtacuit illum non videbant, vel dixerò  
 melius, illum videntes, non agnoscebant. Hoc  
 supposito potestas Christi & magnitudo inno-  
 tescit per hanc invisibilitatem multumque, qui  
 captivi eum venerant, excitationem.  
 Iesus Nazarenus. Interrogationi Christi  
 respondens se quætere Iesum Nazarenum.  
 Hoc aliud est argumentum auctoritatis &  
 potestatis Christi confirmativum: quando  
 quidem volendo vel non volendo fateantur  
 quod tantus sit ut sit super omne nomen in  
 caelo, in terra & in inferno, qui est Iesus.  
 Nomen est hoc magnitudinis, nomen maiestatis,  
 nomen salutis & gloriae. Nemo non  
 miratur quod cum Christus alijs quoque vo-  
 caretur nominibus, dum Iudaei & milites  
 illum eo volunt nomine compellere, quo  
 possent viliori ne vel aliquam fateantur in  
 ipso dignitatem, illo compellent nomine, quod  
 cetera complectitur, & maiori afficiunt  
 honore quam possent, si illud facere toto  
 studio conarentur. Tria sunt in SS. Litteris  
 saceratiora nomina: Emmanuel, Iesus, & Chris-  
 tus. Emmanuel expressit Iudas: Vocatur nomen  
 eius Emmanuel, &c. Nomen Iesu conlat ex  
 D. Luca. Vocata nomen eius Iesus. Atque ex  
 D. Mattheo. De quoniam nomen est Iesus. &c. Nomen  
 Christi declaravit D. Iohannes: Invenimus  
 Messiam qui vocatur Christus. Inter haec primum  
 est natura: Tertium officij, & secundum pater-  
 sonis proprium Emmanuel significat. Nihil aliud  
 Deus, & non significat aliud, quam quod in  
 ipso natura divina unita foret humana:  
 quocirca nomen est natura, Christus vultus  
 u.

XII.  
 Cur mi-  
 huc vsi  
 fuerint  
 nomine  
 Iesus.  
 Ipsi. 17. 14  
 XIII.  
 Tria no-  
 mina in  
 SS. lit-  
 teris sacra-  
 tiora, &  
 quid sit.  
 45.  
 Cap. 1.

indicat, ut erant Reges, Sacerdotes, & Prophetæ, & talem ipsi credebant futurum Messiam, unde nomen est officij.

Nomen autem Iesus, nomen erat quo apertius ab alijs distinguebatur, & eo communiter ab omnibus vocabatur. Iudei illum non habebant ut Deum, nec Messiam, sed vicium de plebe vulgarem, cui præter puri hominis essentiam aliud nihil inesse. Quia illum non credebant esse Deum non dixerunt: *Querimus Emmanuelem*: quia cum ut Messiam non habebant, non respondere: *Querimus Christum*. Sed quia hominem cum eximatior purum, nomine vocant illum quod credunt merito homini proprium, & ait: *Iesum Nazarenum*.

Quis autem, D. mine, sanæ mentis inflictor te esse Emmanuelem & Christum? D. Mattheus nomen Emmanuel interpretatur: *Nobilis cum Deo*: non quod Græcè scripsit, sed quia verba composita in vna lingua, in eadem exponuntur, & diversis vocibus declarantur, ut eorum intelligatur Etymologia. Huc non tamen nomen inferitur Deo, sed dicto modo, quam in nominibus Gabriel & Raphael: in his enim scribitur in genitivo: *Medicina Dei* &c. quod est esse Dei ministros: verum in nomine Emmanuel ponitur *in rebus*, ut dicit Theologus: *Nobilis cum Deo*, et quamvis in (Michael) intelligatur etiam hoc nomen, *Deus in rebus* quia ut *Deus*: tamen non eo modo, ut nomen hoc *Deus* sit prædicatum, vel attributum illius subiecti, ut Log. c. loquamur, sed bene quidem in (Emmanuel) quia sic homo erat, ut esset etiam verus Deus: unde soli Christo conuenit.

Idem considerandum in nomine Christi id est *unus*, quod nomen est officij, quo vocabantur illi qui ad aliquam promoti dignitatem inungebantur: unde Reges dicebantur Christi, & eo nomine scribit Spiritus S. Saullem Regem. Similiter Sacerdotes & Pontifices Christi dicebantur: ita Deus ore verat Danidico illos intelligens: *Nolite tangere Christos meos*. Denique Prophetæ dicebantur: unde de Elieo legimus: *Vnge Elieum pro te*. Quia vero Messias expectatus in multis Ss. Pagina locis dicebatur futurus Rex, Prophetia, simul & Sacerdos: ideo quod Hebræi vocabant Messiam, in Græco legitur *Christus*: & ideo dicitur: *Inuenimus Messiam quod interpretatur Christus*. Porro quis ignorat Dum-ne, se fuisse

Regem? Rex Regum & Dominus dominationis Sacerdotum? Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech Prophetam? Iesus autem Propheta es tu. Idcirco merito nunc quomodo illi te vocare Christum, Verumtamen ex illa parte dubitantes interrogabant: Numquid cognoverunt Principes, quia iste est Christus? Qui non videat quod ipsi seipos, in illis istud exerceat? Dicant enim: *Hinc finit, unde sit: Christus autem cum venisset, non sicut vnde sit*, et ita noluerunt cum indignare Emmanuel, Messiam, Christum, sed respondere se quærere *Iesum Nazarenum*, quod tamen illis videbatur esse abiectionum: verum tamen vero tale est ut nomina comprehendat ammannuelis & Christi, & Messie: omninoque appropinquat, ut nomen super omne nomen Iesus id est Saluator, Quærit nonnulli quod Christus non interpretetur se ipsum Emmanuel, ut ab Isaia fuerat prædictum? Respondet D. Iustinus, idem esse Emmanuel ac Iesum Tertul. & D. Chrysostomus, alijque dicunt Emmanuel non fuisse nomen proprium, quo filius hic erat nominandus: sed quia confiteretur Scriptura est res qua continentur per nomina ponere. Idcirco dicit Isaia vocandum ammannuel, id est cognoscetur Emmanuel, & vocetur Deus homini, Deus etiam se nobis præsentem exhibebit, nec solum visibitur nobis: immo per præsentiam, essentiam, & potentiam sed insuper per visionem hypostaticam, & hoc est dici Emmanuel. Porro respectu Peti, quod ipse dicatur aliquid, ipsum est eius esse: eius esse, est eo nomine compellatur, utque idcirco vocabitur Emmanuel: quia in reliquis vitæ suæ tempore nomen eius committat, cuius nomen quod omnia hæc complectitur, quod est Iesus: quia cum nemo nisi Deus possit saluare mortuum, & hæc ipsa salus non nisi d. M. Isa. expectaretur, dum Iesus vocaretur, et eundem consequentia erat & Emmanuel, & Messias quod est Christus. Ita tempore huiusmodi quævis Deus mittebat aliquando virum populo Saluatorem, vocabatur enim Saluatorem *Instituit eis Saluatorem*. Sed Saluator & Iesus amphanct & antiochianus quis esse debebat nisi Emmanuel & Messias ille qui Deus esset & homo. Et ita capitulum apud D. Lucam & D. Mattheum & dicitur petri quia in D. Luca hoc ita vaucium est Christus pronuntiat: quia Angelus (m. 10)

1. Reg. 24.  
1. Sal. 10.  
3. Reg. 1.  
13. 10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.

1. Iohannis de syllaba ad syllabam alludit ad verba  
 2. Iam. Ecce Virgo concipiet & pariet filium, &  
 3. vocabatur nomen eius Emmanuel. Ex quo inferitur  
 4. quod qui vocatur Iesus, vocetur virtualiter  
 5. Emmanuel: & idem est de nomine Messias &  
 6. Christus, cum enim alius non sit Messias &  
 7. Christus, nisi ille quem Iudaei expectabant  
 8. venturum eos saluatorem & liberatorem  
 9. Messias alios non erat quam saluator & Iesus,  
 10. unde dicebat Iesus, impliciter dicitur Chri-  
 11. stus. Et confirmatur ex eo quod dixit Ange-  
 12. lus Ioseph nomen assignans rationem: Ipse  
 13. enim saluans faciet populum suum. Vbi notandum  
 14. quod dicitur idem nomen Virgini, rationem  
 15. eius Angelus non indicet: vel quia coram  
 16. tanta puritate, quae Virgo praefalgebat, non  
 17. decebat nominare peccata coniugii, vel quia  
 18. Virgo diuina detinebatur exercitata medita-  
 19. tionibus & ita statim ipsa intelligit et eum  
 20. dem futurum Messiam, Christum & hinc  
 21. autem.  
 22. Ea igitur omnes milites tali eum vocare no-  
 23. mine quod vobis maxime videtur ignobile:  
 24. nam etiam vobis inuitis hoc ipso vocabitis  
 25. cum omnia precepta & maxima illi cogno-  
 26. mina attribucendo: illum etenim vocando  
 27. Iesum, quod nomen est omni melle dulcius,  
 28. omnia comprehendit. Tribus scribitur  
 29. literis, Ies. Sin. Vna ex quibus Iod numerum  
 30. significat denarium, Sin centenario, Vna  
 31. numerum, quod demonstratur quod in illo est  
 32. viginti & quatuor denarius, centenario &  
 33. qui tres sunt numeri ceteros comprehendentes,  
 34. ut, & tria quae omnia comprehendunt. Iod  
 35. significat dignitatem, Vna Auiorem vita, Sin,  
 36. Quia quia ex Iod dignitatis eius habemus  
 37. Vna vite gratia, & consequenter Sin quietis  
 38. gloria. Iesusa nomen est Patris, Mariam  
 39. nomen est Matris eius, Iohannes, cum vno Iod,  
 40. vno Vas & duobus He consistunt viginti sex.  
 41. Mariam cum vno Hei, duobus Men, & vno  
 42. Iod consistunt ducenta nonaginta. Itaque  
 43. inter nomen Patris & Matris iunguntur nu-  
 44. merus trecentorum & sedecim, Nomen Iesu  
 45. per Iod significat decem, Sin trecenta, Vna  
 46. in vniuersum trecenta & sedecim: ita ut  
 47. comprehendat id quod habet Pater & quod  
 48. Mater, Nihil enim dicitur. Omnes numeros  
 49. habet Pater, quia totum eum representat  
 50. naturam, & omnes partes numeros Mater,  
 51. quia eam totam matris comprehendit. O

Nomen diuinum, In quo oportet nos saluos  
 fieri. In ipso nostra est saluatio. In quo scilicet  
 omne genus: cui subternitur, humiliatur, &  
 inclinat, & proferitur omnis creatura.  
 Oleum effusum, quia misericordias effundit  
 vberitatis: In quo quidquid petierimus Pa-  
 trem, dabit nobis. Per ipsum nobis Pater largietur  
 quidquid petierimus: In quo, dicendo  
 claudo surge, confestim sanus surrexit &  
 incoleuit: In quo eijciuntur Demonia ab  
 obsessis corporibus. In quo Baptizo, remitto  
 peccata, culpaque absolvo. Si quid donauit vobis,  
 inquit Apostolus, in nomine Christi donauit.  
 Nomen est, per quod milites erant inuati  
 supremam Christi potentiam fatentur & dig-  
 nita tem.  
 Nazarenum. Quod ipse accedit in nomine  
 Iesu, idem contingit in Nazareno: si namque  
 penitus animum eorum consideremus nomen  
 hoc penitus pronuntiant malitia: quia  
 Christum nominant Nazarenum, nomine  
 scilicet plane indecoro: cum verbi Nazareth  
 vtilis esset & conferretur ignobilis. Quinimo  
 iudeis Iudaei illum appellabant Nazarenum,  
 es quod conuersus haec esset opinio Messiam  
 oriundum in Iudaea Civitate Bethleem, iuxta  
 Michae vaticinium: unde dicendo illum  
 Nazarenum illum subannabant qui se Messiam  
 esse iactabat, in iudicando esse impossibile sine  
 contradictione Prophetarum aliquem esse  
 Nazarenum & Messiam. Idcirco dum Phi-  
 lippos dicit Nathanael, Inuenimus Iesum  
 filium Ioseph Nazareth: Nathanael repote in-  
 terrogans, Lictus versatus respondit cum admira-  
 tione: A Nazareth potest aliquid boni esse?  
 Quae verba D. Augustinus legit affirmatiue,  
 sed D. Cyrillus, & alij legunt interrogatiue.  
 Et quasi designando prodigium quod aliquid  
 boni posset esse a Nazareth. Et haec erat  
 frequentissima Iudeorum obieccio. Numquid  
 a Galilea venit Christus? Nonne scriptura dicit eum  
 semine David & de Bethleem esse, ubi erat  
 David, venit Christus? Et Nicodemus obiecit:  
 Seruatae Scripturae & vide quia a Galilea  
 Propheta non surgit. Unde laborabant Pharisei  
 introducere in populum nomen Nazareni,  
 quod se unum ducere confirmationem, &  
 certitudinem quod Christus non esset Mes-  
 sias, argute hoc nomine ipsum ab omnibus  
 dicebant. Hic est Propheta a Nazareth. Et  
 apud D. Lucam haec nomine indicatur De-  
 ius.

Ad. 4.  
 Philipp. 10.  
 Cant. 1.  
 Iean. 14.  
 14.  
 Matt. 17.  
 18.  
 1. Cor. 2.  
 10.  
 46.  
 XVI.  
 Cur di-  
 xerint  
 milites  
 Nazare-  
 num?  
 Iean. 1. 46.  
 Tract. 7. in  
 Iean. 1.  
 in Iean. 5.  
 5.  
 Iean. 7.  
 4.  
 Iean. 7.  
 53.  
 1. Cor. 11.  
 Luc. 24.  
 12.

" *Iesu Nazareno*: & Pilatus ut idiomate loque-  
 " retur Iudeorum in titulo quem e cruce  
 " Christi suspexit die lingua scripsit Iudeorum:  
 " *Iesum Nazarenum* & moderni Iudaei dicunt  
 " *Iesum Nazarenum* Patrum dicebant verum,  
 " quia conceptus erat in Nazareth: sed quantum  
 " ad nativitatem erat ex eo loco ex quo Prophe-  
 " ta ex praedixerat nempe Bethleem, & hoc  
 " sufficit ut constet quam periculo animo  
 " cognominarent illum, *Nazarenum*.  
 " Nec minor est dignitas Domini: quia  
 " hoc eum nomine vocantes Prophetizabant  
 " nescientes quid dicerent: nam ita nominando  
 " illum vel nolentes, honore eum afficiebant  
 " infinito. Nomen hoc *Nazareth* duas com-  
 " plectitur significaciones iuxta modum scri-  
 " pturam cum *Zayn*, & *Tiade*. In primo signifi-  
 " cat *Separatum*, in secundo *Florem*. Et in quolibet  
 " istorum quo maiori possident honore milites  
 " Christum afficere, quam vocando illum *Naza-*  
 " *renum*? *Nazarenus* vocabantur illi qui *Separaban-*  
 " *tur ad Divinum cultum*. Idcirco dicitur Samson  
 " Nazarenus: & nullus magis separatus fuit  
 " quam Christus Dominus, qui non solum super  
 " omnes substantias exiit separatus ut Deus,  
 " quia talis erat, sed etiam ut homo fuit ab  
 " omnibus aliis separatus cum esset sine peccato,  
 " ceteri vero peccatores. Et ita dicit, Dion Gregor.  
 " Nazianzen. quod *Nazarenus*, significet *separati-*  
 " *onem*. Et tales oportet ut sint Religiosi ex vi-  
 " ritate & innocencia. Tertullianus autem  
 " hortatur ut omnes Christiani in tantum sint  
 " Nazareni, quantum illis est possibile: hoc est  
 " separati a peccato, memores se milites esse  
 " veri illius Nazareni de quo dicitur: *Non est*  
 " *qui faciat bonum, non est usque ad unum*: & ille  
 " vnus ipse est. Verum in alia significacione  
 " quando nimirum scribitur per *Tiade*, ut patet  
 " in titulo crucis, significat *Florem*. O *Rosem*  
 " insignem, de quo sic habet oraculum *Haue*:  
 " *Egrederetur virga de radice Iesse, & flos de radice*  
 " *eius ascendet*. Flos fructum designat vicium &  
 " mos futurum, atque idcirco quando flos ap-  
 " paruit in terra dici potest, quod *Appropinquavit*  
 " *Regnum caelorum*. Idem flos se fructum reddit:  
 " *Flores mei fructus honorum & honestatis*. Hic  
 " autem flos in remedium adducitur illius  
 " fructus decerpit ex arbore Paradisi, idcirco ab  
 " caelestis Paradisi, Quando flores de terra  
 " germinant, plantae videntur a morte resuscita-  
 " ti, & apparente inter nos Christo, atque  
 " mortuis edivulso, firmatum est certissimum  
 " vniuersalis mortuorum resurrectionis argu-  
 " mentum: *Ego flos campi*. Non flos heri quod  
 " pullulauit hominum, sed campi, caelestibus  
 " Christus natus pro omnibus. *Flos campi* com-  
 " munitatis: *Flos campi* com munitis omnibus  
 " singularis infigue omnium mundi camporum  
 " ornamentum. Eia igitur milites illum con-  
 " temnite, illum explodite, illum vocate *Naza-*  
 " *renum*: in hoc eum confessionem magis  
 " tudinis eius edetis altissimam, Christianis  
 " titulum adscribetis, quo non potestis emana-  
 " uorem.  
 " *Si ergo me queritis, scitate hos adire*. Iam duo  
 " illa produimus argumenta potentiae Christi  
 " confirmata. Tertium profecto vbi materiam  
 " hanc verba subministrant: *Sinite hos adire*, que  
 " non minori probant euidentia & certitudine  
 " Christi potentiam. In illis scilicet Christus et-  
 " potuit potentiam, quia profuit illa potest  
 " obediatis, & quamuis magno veniens uentum  
 " coadunati contra Apostolos meos *Sinite hos*.  
 " O supremam potentiam! O non effabilem  
 " Christi magnitudinem! Comprehendi uoluit  
 " Christus, sic D. Augustinus, quia nisi uellet,  
 " nec illi facerent illud ad quod in hunc  
 " ueniebant, nec Christus illud ad quod uentum  
 " in mundum. Sed cum ille solus mundum sit  
 " saluatorum, ipse solus uoluit apprehendi,  
 " quocirca mandat: *Sinite hos adire*. Non illis  
 " loquimur deprecando, non rogando, nec  
 " supplicando, sed imperando. Domine tu es  
 " quis imperat? Vnicuius homo, interius, in  
 " inimicis circumuallatus. Quibus imperat?  
 " Militibus pluribus & armatis, inimicis, vni-  
 " qui circumdant illum offensum, etiam  
 " demque circumstantibus. Quid imperat?  
 " Contrarium illi quod intendebat. Ut loqui-  
 " rent illos quos aderat iniuriis affectum: ut  
 " liberos dimittant quos capti conuenerant,  
 " ut illos non eantant quos compederant,  
 " aduolant tam ipsum quam omnes illi-  
 " comites adhaerentes. Deinde quod uoluit  
 " armatos inimicos maneat: res illi pallorem  
 " discalceati ita securi, ac si post marem *Haue*  
 " adamantiuum. Imo (quod magis obliuiscit)  
 " tam efficax est & forte Saluatoris imperium  
 " ut vnus ex illis manum adiciat gladio,  
 " militem feriat, aurem abscondat, & qui se  
 "

XVII. Nazareth duo significat  
 Num. 6. Iudic. 13.  
 Orat. de funere Patri.  
 L. 4. contra tra Marc.  
 Ps. 13.  
 Isa. 11.  
 Matt. 1.  
 Eccl. 24.



cetera illa verba d'cat illi verbum, toruoque  
 respicit vultu, viduas neminem. Quale hoc  
 prodigium? Considera vtrum se possit saluare,  
 qui tanta ipso facit itare cogebat, eos quos  
 volebat. pte. reuereri. Hinc colligit Caietanus,  
 iocundum illum qui pallio reiecto fugit, non  
 fuisse Dio. Ioannem: si namque vnus fuisset  
 de nemine Apollolorum fugā sibi non con-  
 sultasset, audire tali Saluatoris imperio:  
 Sinite hos abire sic volo, sic iubeo, sic impero.  
 Vos autem respondete, quem quæritis? Iesum,  
 Saluatorem. Ego solus ille sum, me solum  
 capite, nam si quidem vt vos semel prostrati,  
 sic posui & cennis, nolo tamen: porro  
 Sinite hos abire: illos etenim volo mortis  
 mee testes Euangelij mei prædicatores,  
 moxque nominis tubicines vocalissimos:  
 Nolite tangere Christos meos. Hic igitur summam  
 manifestat bonitatem suam & potentiam,  
 Milites exitate hæc ent turbati præ tanta  
 sapientie Christi demonstratione. Milites de  
 ipso locuti vocant eum Saluatorem, in boni-  
 tatis eius liquidissimam demonstrationem.  
 Milites ad vincum eius verbum contral. etc.  
 non valent, ad eius potentie testimonium.  
 Sinite igitur quod si minus illi iurisciant  
 volentias, non hoc agant, nisi ipso volente,  
 illique dante potestatem.

Hora vocatur Domini in qua tra situs  
 fuit in mortem: quia mors eius subiecta  
 fuit eius sapientie, voluntati & potentie:  
 & hora similiter fuit militum & mini-  
 strorum: quia omnium profutura erat  
 salutis, & quia in ipsa dedit illi potesta-  
 tem, vt mortem eius executioni manda-  
 rent.

Cuius Domini formam assumpseras sensi  
 Dad nostræ redemptionis opus, & sicut talis  
 reddidit fuerat, nec non proptium illi est  
 qui talis est, vt manibus tradatur eorum, qui  
 illum emerant; idcirco tradi voluit eorum,  
 mambus: Hæc est hora vestra & potestas tene-  
 re. fortasse verbum non est in SS. Scrip-  
 tura, quo denotent Expositores plura mylte-  
 ria, quam in hac Hora, super hanc clausulam:  
 Hora erat quasi sexta, super hæc verba; Duode-  
 cim sunt horæ diei, sic est ea illa: Venit horæ quando  
 mori sustinet vocem filij Dei, super horas

vineæ, quæ toties ponuntur: super horam  
 cœnæ, & super mediam horam Apocalypsis;  
 Origenes, Dio. Hieronymus Dio Augustinus;  
 De verbis Domini. Dio Ambrosius & Dio,  
 Gregorius, de his agunt, Veruntamen hora  
 sunt hæc notam digna: nam agens Dominus  
 de tempore Passionis suæ virtut hoc verbo,  
 Hora, Ecce appropinquauit hora Apud Diuum  
 Marcum, Si fieri possit, transiret illa hora.  
 Apud Dio. Ioann. Nondum venit hora mea:  
 et alio loco. Nondum venit hora eius.  
 iterum: Venit hora vt clarificetur filius hominis:  
 et deinde: Veni in horam hanc. Pater saluisfa-  
 meæ hæc hora. Schemus Iesus quia venit hora eius.  
 Ecce venit hora, etiam venit: et paulo superius:  
 Pater veni hora, et in finibus aliis locis vocatur  
 Christi Passio Hora: & quomodo in multis  
 illoque dicatur absolute hora, in aliis tamen  
 dicitur hora Christi: Hora mea, hora eius. Sed  
 nunquam vocatur hora alterius personæ, &  
 præteritum inimicorum, nisi hic: Hæc est hora  
 vestra

Hora Passionis Christi vocatur absolute  
 Hora antonomastice eadem format quæ dum dici-  
 mus Poeta absolute, intelligimus apud Græcos  
 Homerum & apud Latinos Virgilium; & per  
 verbum significatur Roma, per Prophetam  
 Iaias, per Apollolum D. Paulus, per Doctorem  
 Angelicum Dio, Thomas: sic per horam  
 absolute, hora intelligitur Christi Passionis:  
 quia hæc hora est horarum totius mundi. Si  
 reuoluamus à principio mundi, omnes scrip-  
 tæ nullam aliam considerant horam quam  
 hæc; omnes Prophetæ non ad aliam quam  
 ad hanc collimarunt; omnes figuræ non aliam  
 quam hanc designarunt: euangelistæ non  
 non de alia magis principali quam de hac  
 egerunt: omnes Doctores non exponunt  
 mysteria de alia quam de hac eminentiora.  
 Ab hac hora dependet æternitas ecclesiæ,  
 duratio Beatitudinis mundique tempus. O  
 hora herarum! Si quid mereor, huius horæ  
 virtuti ascribo: si satisfacio, in virtute huius  
 horæ fit ista satisfactio: si mihi sacrificium  
 oportet, huius horæ virtuti grauis ago: si  
 baptizatus me lauet, huius horæ virtuti con-  
 gratulor; si penitentia me reconciliet, huius  
 horæ virtus in hoc agnoscat: si saluet, in  
 huius horæ saluor efficaciam: tandem omne  
 bonum, omne meritum, omne præmium in  
 huius horæ virtute possideo, in qua de morte  
 Chri.